



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarivs Martini Lvtheri in Ionam Prophetam

Luther, Martin

Haganoæ, [15]26

VD16 B 3890

Et prædicauit Ionas & dixit, adhue quadraginta dies, & Niniue subuertetur
&c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35968

I N I O N A M

amplitudinem, illud complures ita intelligendum esse
contendunt, quod per gyrum eam magnitudinem mu= Magnitudo
ro cinxerit, quae per tres dies circumiri potuisset, à urbis Nini =
quibus ego multum dissentio. Ea enim, nisi me fallat uæ.
animus, inusitatæ inauditæq; magnitudinis fuisse ciui
tas, quæ duodecim aut quindecim miliaria Germania
ca, muro cingeret. Talis nāq; quinq; aut sex militari
bus in longitudinē & latitudinē fuisse protensa. Ego
ita rectius intelligi opinor. Niniue ea fuisse magnitu
dine, cuius tridui spatio, quispiā per oculum ambulādo,
omne plateas perreptare aut peruagari facile pote
set. Mox enim in sequētibus subiicit, Ionam unius diei
itinere ingressum esse & prædicasse, quod ego exisli
mo unam urbis fuisse partē, quæ intra diem deambulā
do, per agrari potuit. Hunc uero sensum ualde iuuare
uidetur hebraica uocula פְּנַיְמָן transitus, quem
aīmodum in urbibus sursum ac deorsum obambulare
solent homines ocio dediti. Sicut Moses inquit. Exo
di. 14. Dominum hac nocte transisse per Aegyptum,
& percussisse omnia primogenita, quem quidē tran
sum, pro certo constat non fuisse, rectum, sed obli
quum, hinc inde per Aegyptum. Cui hæc displicue
rint, suo fruatur iudicio & ingenio.

Et prædicauit Jonas & dixit, ad-

H 5

COMMENTARIUS

Huc quadraginta dies, & Niniue
subuertetur &c.

Vnus diei itinere Ionas in ciuitatem Niniuen in-
gressus est & prædicauit. Quot autem dies insump-
serit, ei urbis parti prædicado, in obscuro relictū est.
Ipsa quoq; prædicationis summa, paucis uerbis per-
stricta est, uidelicet Niniuen post exactos quadragin-
ta dies, subuertendam esse. Verisimile tamen est, eum
dem nedum hæc dixisse uerba, sed copiosius subuer-
sionis futuræ rationem reddidisse, quam ob rem illa
tra Dei sit expectanda, & metuenda, & quanta si
in urbe malitia, qua aduersus illos Deus irritatus sit.
Item qui iusti fierent, & quid ad iustitiam consequen-
dam spectaret. Sicuti nunc quoq; moris est, cum sum-
matim, & uno quasi fasce, amplissimū alicuius sermo-
nis argumentū cōpleteū dicentes. De peccatis ser-
monem habuit. Aut de missa concionatus est.

Et crediderunt Niniuitæ Deo,
& prædicauerunt ieinium, & ue-
stiti sunt saccis a magno eorum us-
que ad paruum eorum.

Omnes homines quotquot in ea ciuitate fuerunt
mere sanctos fuisse suspicor, ut non iniuria Ionas
eam